



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De signis que fiebant ab ap[osto]lis ca. xxiiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

## Actuum apostolorum

Qui enim primo promulgant leges: solent ad eas faciendas graues vindicte exerceri vt rigo re promulgare legi sanctas seueritas vindicte. **U**n in initio legis nascens pro collectioe ligno ru in sabbato lapidabat homo. In initio sacerdotij duo filij aaron igne consumpti sunt pro oblatione igne alieno. Sic ananias defraudans de precio agri corruit et expirauit pro terrore alij in cutiendo: quia reuelor vindicta magni timore alij incussit. Factus est ei timor magnus in oes qui audierunt. Et est anticipatio: quia soli viri mortem ante vultus eorum pauci audierunt. **S**urgentes autem iuuenes asportauerunt cadaver: et sepelierunt. Et factus est quasi horax triu spaciū et vultus eius nesciens introiuit. Ad quam petrus. Dic mulier si tanti agrum vendidisti. Ad quem illa. Etiam tibi. Ad quam petrus. Quid vultus uenit vobis tentare spiritum domini. Ecce pedes eorum qui sepeliebant virum tuum stant ad ostium et efferent te. Ac si homo breuis concludens diceret: morieris. Quis enim sepelire mortuum est? et consumptum corruit ante pedes eius? et expirauit: quia fuit conscientia fraudis. Et intrantes iuuenes qui stabant ad ostium: inueniunt eam mortuam. et asportauerunt et sepelierunt ad viam. iuxta viam suam. Fuit enim hoc consuetudo hebreorum vultus sepelire iuxta viros suos: vt iunctioe carnis sequeretur coniunctio pulueris: et quia miter formata est de costa viri.

De signis que fiebant ab apostolis.

Ca. XXIII.

### Er manus autem

apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe: et erant omnes unanimiter in porticu salomonis. Nemo autem infidelium audebat se fecte contingere illis: quia terribili erant exemplo ananie. Et agebat in domino credentium multitudo: et ponebat in plateis infirmos in lectulis et grabatibus: vt veniente petro umbra illius corporis obumbrati liberarentur ab infirmitatibus suis. Quia petrus presulegiatus erat in miraculis: et maiora legitur fecisse quam christus.

Secundum quosdam scribitur grabatum pro duo b. sicut sabbatum. et sic dicunt debere proferri media correpta: alij dicunt grabatus quasi grauatum: et mutat vultus: et sic debet productus: quod est verus

Et vide quia grabatus proprie dicitur lectisternium pauperum: in quo nihil corpori substernitur: sed tantum supponitur capituli substramentum

De incarceratione apostolorum  
Capitulum. XXIII.

### Surgens autem primus

ceps sacerdotum: et saducei repleti sunt zelo: et intulerunt manus in apostolos et posuerunt eos in publica custodia. Id est in carcere. Nota quod cum supra dictum sit plura liter principes sacerdotum. hic dicitur singulariter. quia forte vnus eorum mortuus erat scilicet annas. Vide quoque quia saducei dicitur: quasi seducei. a sedech quod interpretatur iusticia. vnde melchisedech quasi rex iusticie. Turpabant enim sibi nomen iusticie cum essent iniusti. Vel dicitur sicut saducei a sadoch sacerdote: ad quem translatus salomon sacerdotium ab abiatbar: quod gloriabatur se esse de genere eius. Ipsi consueverunt principes sacerdotum in persecutione apostolorum: quia predicabant resurrectionem quam ipsi negabant.

Quo per angelum de carcere sunt educti.

Capitulum. XXV.

### Angelus autem domini

per noctem aperiens ianuas carceris: et educens eos dixit. Iter loquimini in templo plebi omnia verba vite huius: scilicet vite christiane. quod addere non fuit necessarium: quia iam famosa erat secta christianorum. Non est autem intelligendum angelum aperuisse ianuas carceris. Sed quod dicitur est. Apertis: sic accipiendum est: ac si diceret. Ita eos educens actus ianue essent aperte. Credendum enim est iuxta quod tradunt sancti: clausis ianuis eductos esse de carcere: quod factum est ad eorum confirmationem et iudeorum confutationem. Nam quomodo hesitauit thomas christum in carne et ossibus clausis ianuis ad discipulos intrasse: cum seipsum viderat clausis ianuis de carcere eductum esse. Iudei quoque dicentes corpus christi furto sublatum de monumento: quod furto diceret apostolos eductos esse de carcere clauso. Iuxta preceptum angeli apostoli intraverunt diluculo in templum: et docebant plebem: quia preceperat angelus vt predicarent in templo: scilicet in loco celebriori: et a sacerdotibus frequentato.

Quomodo obstupuerunt illis eductis  
Capitulum. XXVI.

### Quiens autem

principes sacerdotum et qui cum eo erant conuenerunt concilium vt delibera